Dei porro nomen multipliciter laudatur, ut explicat, *Con-cilii Trid. Catechismus*. Primum, cum in omnium conspectum Deum, ac Dominum nostrum confitemur, Christumque filium nostræ autorem quemadmodum agnoscimus, ita etiam præ-dicamus ut ab illius confessione neque blanditiis, neque tor-men-tis dimoveri possimus. De quo confessione Christus dixit, *Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.* Hinc *Ter-tullianus* in Apologetico cap. 2. *Omne malum* (inquit) aut ti-more, aut pudore natura perfudit. Denique malefici gesti-unt latere, repugnant deprehens, negant accusari, ne torti-quidem facile, aut semper consentiant, certe dampnari no-rent. Christianus vero quid scimet? Neminem pudet, nemi-nem periret, nisi ipse retro non jusset. Si denotatur, glo-riamur; si accusatur, non defendit; interrogatur vel ultro confitemur; dampnari gratias agimus. Quid hoc mali est, cujus reus gaudeat? cuius accusatio vatum est? & parva felicitas? Secundo, Dei nomen laudamus, cum verbo Dei, quo vo-luntas ejus enuntiat, sancte, & diligenter operam damus, in ejus meditatione assidue versamur; studiose illud addifci-mus, perlegendum, non audiendum, prout cujusque personæ, statui, ac maneri aptum, & consentaneum est; cum in le-gem Domini nostram die, ac nocte, cum privatum, & publice pro viribus profitimur, ac professione verbum Dei præ-dicamus. Id quidem nostris ægimus, cum ubique nomen Dei nostri magnificentiam, ac celebramus; & quantum in no-bis est, homines universos ad illud celebrandum verbis, & operibus nostris trahere studemus, ut videntes opera nostra bona, glorificent Patrem nostrum, qui in caelis est: rursus, cum avertimus omnes, qui Deum nostrum, ut par est, non confitentur, quia est verbum illud confitentur, factis tamen negant: qui *Latanus, cum maleficerit, & exultant in rebus peccatis*, per quos *Nomen Dei blasphematur* inter *Gen-tes*. Sic affectus fuisse legimus viros Sanctos, quibus nihil ut-quam molestius fuit, quam videre, aut audire aliquid agi in Dei contemptum, & contumeliam. Sic affectus erat *David Rex* cum ait: *Superius mihi lacryma mea panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, Ubi est Deus tuus Publice vero prædicatur nomen Dei ab his, quibus Ministerium verbi commissum est, quibus didum est: Prædica ver-bum, in sua opportune, importune, &c. Unde contra hoc præ-ceptum de honorando Dei nomine præcant Pastores, qui mi-nisterio verbi illare negligunt, quæ sua sunt quærentes, non quæ Jesu Christi. Quos Dei maledictio manet, sicut ait Apo-stolus: *Va mihi si non evangelizavero... Dispensatio mihi credita est. Idem quoque violat præceptum, & Dei nomen inhonorant, qui absque missione legitima, seu vocatione, verbi Ministerio temere se ingerunt; qui Sacram Scripturam falsis interpretationibus adulterant, aut ad impiam opinio-nem tuendam detorqueant, aut ad suos sensus sectant, con-tra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccl-e-sia, aut contra unanimum Patrum consensum, ut cavet Sa-cra Synodus Tridentina. Item qui res inopes, ad rifum moventes, supervacuas, vel patum fructuosas e sacro sug-gestis proferunt, non eas dumtaxat, quæ dignæ Dei Tem-plo, dignæ Christianis moribus, & auribus judicantur.**

Tertio, divinum nomen veneramus, & colimus, cum offi-cii causa divinis laudes celebramus, ac de omnibus rebus tantum prosperis, quam adversis illi singulare gratias agimus, dicentes cum *Propheta: Benedict anima mea Domino, & no-li oblivisci retributiones ejus*: cum in calamitatibus, ani-mique, & corporis doloribus, quibus nos Deus tanquam fi-lios respellit, tanquam reos plectit, tanquam amicos probat, stitit ad Deum laudandum omne studium, & animi nostri vires convertimus, cum *David* Job dicitur: *Si nomen Do-mini benedicimus.* Et cum *David: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Magnificatus Do-minum mecum: & exaltemus nomen ejus in dissipationibus.* *Exquisivit Dominum, & exaudivit me, & ex omibus tribu-lationibus eripuit me.* Dei nomen sancte colimus, cum ipsius auxilium postulamus, & expetimus, ut actus nostros in viam mandatorum suorum dirigat, orantes cum *David: Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Declina me in semitam mandatorum tuorum. Inclina cor meum in testimonia tua.* Item, cum viribus nostris diffi-dentes, soli Deo omnium operum, & negotiorum nostro-rum exordia, progressum, & finem tribuimus, cum eodem *Nat. Alex. Theol. Tom. 1.*

Prophetascentes: *Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed doctrina tua, & brachium tuum, & illamatio cultus tui.* Cum denique ejus opem fiden-ter implamus, ut nos a malis, quibus premitur, liberet, aut ad exortitur perferenda constantiam, roborque largia-tur. Huius enim sui nominis cultum a nobis postulat *Domi-nus: Intra me* (inquit) *in die tribulationis, erunt te.* *psal. 49.* *Citemini Domino, & invocate nomen ejus, annun-* *psal. 104.* *itate hinc generet opera ejus. Cautate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus. Laudamini in nomine sancto ejus, latur cor quarentium Dominum. Quærite Dominum, ejus, latur cor quarentium Dominum. Quærite Dominum, ejus, latur cor quarentium Dominum. Sic nomen & confiteamini, quærite faciem ejus semper. Sic nomen Dei non colant, qui non in Domino, sed in se ipsa glo-riantur qui sibi nomen sapientie, aut virtutis extra Deum quarunt de quibus ait *Propheta: Vicaverunt nomina sua* *psal. 49.* *in terris suis.**

Quart: Dei nomen honore prosequimur, cum illud pro veritatis quæ aliquam periclitaretur; confirmatione, seu ob publicam utilitatem adhibemus. De quo dictum est *Deut. 6. Domum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nom illius jurabis.*

At Dei nomen aliter usurpamus, absque necessitate, absque verentia, secundum præceptum violamus. Qua de re S. *Chrysostomus*. *Hom. 10.* in Acta præclare scribit: *Nullus eum reverentia memor est nominis Dei. Et tu quidem si dile-xeris quæpiam, ad nomen illius excitatus efficeris: Deum autem; continuo vocat, quasi nihil. Voca illum, ut bene-faciamus tibi, voca illum in salutarum tuam animam, bene-faciamus tibi, voca illum; nunc autem exacerbat. Voca adertit, iure testificat illum; nunc autem exacerbat. Voca illum, sicut vocavit Stephanus, dicens: Domine, ne statuas Act. 7. 59. illis hoc peccatum. Voca illum, ut vocavit axor Eleas, cum lacrymis, cum lamentis, cum oratione. Voca illum, si-cur vocavit Moyses, & clamabat orans pro illis; qui ipsum in fuga egerant. Et tu quidem si alienus vult reverentia memor sine reverentia, contumeliam putas: Deum autem circumferens, non solum sine reverentia, sed etiam inter-positivo nihilne facis rem illam? Et quanto supplicio dignus erit? po prohibito Deum perpetuo habere in animo. Hæc enim erim, & velim, sed non præter id, quod illi placet, sed si videt, si colit, magna, si hoc concesserit, nobis bona sit: si quando oportet, ac in quibus oportet, solum vocamus illum. Quare, dic oro, in Apostolorum ore tot virtutes, tantaque stabant, in vobis autem non? Quamvis idem est Deus, idem nomen, sed non est par. Quomodo? Quia si quidem in his, quæ dixi, ipsum invocabam so-lum; in autem non in illis, sed in aliis.*

III. secundum præceptum prohibet, ne Dei nomen in va-num sumatur, ne per ipsum falso, frustra, aut temere ju-retur. *Je* enim rectum, sanctumque sit Juramentum, tres- comit habere necessario debet, veritatem, iudicium, & iustitiam, ut docet S. *Hieronymus* in illud *Jer. 4. Jurabis, Viris amicum, in veritate, in iudicio, & in iustitia.* Prima itaque in iurjurando locum veritas habet, nimi-rum, quod asseritur, & ipsum verum sit: & qui jurat, id itæ arbitretur, non quidem temere, ac levi con-jectura adductus, sed certissimis argumentis. Nec solum cum aliquo asserimus, sed & cum proximam Juramento confir-mamur debemus esse comparati, ut cum tempus adven-rit, daque opportunitas fuerit, id re ipsa præstemus, & promissum exsolvamus, nisi forte mutata rerum conditione tale sit excepit, quod polliciti sumus, ut jam si fidem servat, & promissis stare velimus, in Dei odium, & of-fensionem incurramus. Veritatem autem iurjurando esse nec-cessariam *David* quoque indicat his verbis: *Qui jurat pro-* *psal. 149.* *ximo vo, & non decipit.*

Cu iudicio præterea iurjurandum conjunctum esse debet, ut non temere, & inconsiderate, sed consulto, & cogitato adhibetur. Itaque iuraturus primum quidem consideret, utrumd postulet necessitas, eaque sit causa, quæ iurju-randum digere videatur. Tempus præterea spectet, locum autem, aliaque permulta, quæ rebus adjuncta sunt, cir-cumferat: non odio, non amore, non cupiditate, aut aliquamini perturbatione impellatur, sed ipius rei vi, ac necessitate; alioqui iurjurandum præceptis, ac remittitur erit. Cum itaque iudicio, & prudentia opus sit, pueri ve-ro itacite perspicere, ac discernere nondum per ætatem possunt, ut cum reverentia Deo debita iurjurandum præsent, iure nequam est, nec a paeris ante pubertatem, hoc est, ante 4. annum iurjurandum exigatur. *Canone Pueri*, cau-sa 2. q. 5. & *Canone Honorum* ibidem.

Iurgia denique comes iurjurandi esse debet. Unde si quis injustum aliquid, & inhonellum promittit, promittendum ju-risæmo contrahit, & jurando peccat, & promissis implendo seculæterale cumulat. Tale fuit iurjurandum *Herodis* Regis, qui Jellæ filiatrici caput *Je. Baptiste* tanquam litationis prætium dedit. Tale Juramentum *Judæorum*, qui seipios esse editione devoverunt nihil gullaturus, donec S. *Paulinus* occident, ut in Actis Apostolorum referunt. Ita Jura-menti conditiones explicat *Conciliæ Tridentinæ Catechismus*. *Sivero S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. Juramentum non est bonum, nisi si, qui bene utitur juramento. Ad bonum autem*

Dei nomen multipliciter laudatur.

Ad Titium 1. Rom. 2.

psal. 61.

2. ad Tim. 2.

1. Cor. 9.

psal. 103.

Job 11. psal. 133.

psal. 16.

Necessitate est iuramenti conditiones.

psal. 149.

D d u sum

expositionem haust ex S. Basilio in illa verba Psalmi 14. Qui jurat proximo suo, & non decipit, & ex S. Augustino pluribus in locis, sed praesertim lib. De Mendacio, cap. 15. ubi haec habet: Juravit ipse Apostolus in Epistolis suis. Et sic ostendit, quomodo accipiendum esset, quod dicitur est, Dico vobis non jurare omnino: Non scilicet jurando ad facilitatem jurandi veniatur, ex facilitate ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine in perjurium decidatur. Et ideo non invenitur jurasse nisi scribens, ubi consideratio cauti non habet linguam precipitem. Et hoc magis a malo, sicut dicitur est, Quod autem amplius est, a malo est: non tamen suo, sed verum infirmitatis, quibus etiam sic fidem facere conabatur. Nam quod loquens jurasset, dum non scriberet, nescio utrum aliqua de illo Scriptura narraverit. Et tamen Dominus ait, Omnia non jurare: non enim concessit, ut id liceret scribentibus. Sed quia precepti visi sunt rem Paulum, praesertim in Epistolis scriptis, atque editis ad spiritualia vitam, salutarique populum vobis esse dicere: intelligendum est illud, quod positum est, omnino, ad hoc positum, ut quantum in te est, non affectis, non amari, non quasi pro bono cum aliqua delectatione apparere visum. Et lib. 10. Contra Faustum, cap. 23. Quia, inquit, peccata grave peccatum est, non jurare autem, sicut verum jurare, nullum peccatum est, sed longius remota est a falsum jurando, qui nec jurare consuevit, quam qui verum jurare proclivis est: maluit nos Dominus, & non jurantes non recedere a vero, quam verum jurantes propinquare perjurio. Itaque & Apostolus in sermone suo habuisse narratur, nunquam juravit, ne jurandi consuetudinem aliquando, vel nescius in perjurium laboraret. In scriptis autem ubi est consideratio major, atque propior, pluribus locis jurasse invenitur, ne quicquam putaret etiam verum jurando peccari, sed potius intelligeret humana fragilitatis corda non jurando tutius a perjurio conservari.

Et in Commentario Epistolae ad Galatas: Non est contra preceptum juratio, quae a male est, non jurantis, sed incedentis ejus, cui jurare cogitur.

Alium praeterca Scribarum, & Pharisaorum errorem redarguit Dominus, qui juramenta per creaturas facta non obligare putabant, illorumque violationem perjurium non esse. Excipiebant tamen creaturas quasdam avertit saepe fervientes, nempe arum Templi, & dona Deo oblata, quae in Sacerdotum usum, & emolumentum cedebant. Hunc errorem esse improperit Matthaei 23. *Ve vobis, inquit, ducet caeci, qui dicitis: Quicumque juraverit per Templum, nihil est: qui autem juraverit in auro Templi, debet. Stulti, & caeci quid enim majus est, aurum an Templum, quod sanctificat aurum? Et quicumque juraverit in Altari, nihil est: quicumque autem juraverit in dono, quod est super illud, debet. Caeci! Quid enim majus est, donum, an Altare, quod sanctificat donum? Offendit autem Dominus, cum hoc loco, tum Matthaei 5. Juramenti per creaturas facti vinculo non minus homines stringi, quam si expressio Dei nomine jurarent, quia in creatura summa Dei veritas clarescit, & ad Deum relationem habet quaevis creatura, maxime autem creatura nobilitior. Quod jurat in Altari, inquit, jurat & in eo, & in omnibus, quae super illud sunt: & quicumque juraverit in Templo, jurat in illo, & in eo, qui habitant in istis, & qui jurat in Caelo, jurat in Throno Dei, & in eo, qui sedet super eum. Hanc explanationem confirmat S. Augustinus, lib. 11. De Sermonibus Dominum in Monte, c. 17. Omne igitur juramentum non prohibet Dominus: Sed ita intelligitur preceptum, ut non juraret, ne quisquam sicut hominem apparet iurandum, & assidue jurandi ad perjurium per consuetudinem delabatur. Quapropter, qui intelligit, non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refranet se, quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis verum est credere, nisi juratio firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod sic dicitur, Sit autem sermo vester, Est, est; Non, non. Hoc hominum est, & appetendum. Quod autem amplius est, a malo est: Id est si jurare cogitur, scias de necessitate venire infirmitatis verum, quibus aliquid suadet: quae infirmitas utique malum est, unde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus, Libera nos a malo. Itaque non dicit, quod autem amplius est, malum est; tu enim non malum facis, qui bene uteris juratione, quae est non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod veritas suadet: sed a malo est illius, cuius infirmitate jurare cogitur.*

Eandem explanationem confirmat Innocentius III. cap. Esti Christus, Extr. De Jurjurando. Idem est sensus verborum S. Jacobi, Epistolae Catholicae cap. 5. Scribens: Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per calum, neque per terram, neque aliquid quidemque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, est; Non, non, ut non sub iudicio decidatis.

S. Jo. Chrys. ut pravam jurandi consuetudinem apud Antiochenos regnantem radicibus everteret, toto eloquentia sermone fervore in juramenta declamans, de jurando se ferre loquitur, ut de re mala, & diabólica non quod malum jurandum esse existimaret, veritate, iustitia, & iudicio munitum. nam, & illo presente, Antiochenos super Evangelica jurare compulso, ubi casuque necessitas exigeret, certum est ex Homilia ipsius 15. ad Populum An-

De Juramento.

S. Chrysostomi contra juramenta, sententia explicans.

tiocenum. Sed juramenti frequentationem (& ut ita loquar) affectionem velut rei per se bona, expectanda, laudabiles, imae frequentatio mala. Quia hominum infirmitas, & incredulitas, propter quam juramento interdum uti necesse est, ex peccato originem habet. Ita enim Homilia 9. in Acta Apostolorum: „Unde, inquit, in greffum est juramentum? Quando mala creverunt, quando omnia simul fursum, ac deorsum facta sunt, quando ad idololatram declinavit: tunc sane quando infideles apparuerunt. Deum vocabant teitem, quasi fidei iudicium dantes, dicitis satisfactionem. Juramentum enim est fidei iudicium, ubi mores fidem non habent; unde primum taxatur, is, qui jurat, si ei fides non habeatur absque fidei iudicio, & fidei iudicio fore maximo, & quia tam parum homines tibi mutuo credunt, non hominem querant fidei iudicium, sed Deum. Secundo, idem certum est ejus, qui juramentum recipit, si pro contractibus Deum ad fidei iudicium trahat, & dicit non se crediturum, nisi illum accipiat. Id improbat, quod pro levibus rebus juramentum exigitur, & perjurii pecculo proximus exponitur. „Rapis ad juramentum? Quid expectas? Nam, quod proferes? Sed hoc extreme incipientia. In tuam enim capam pecunia converteretur. Melius erit opes perire, quam illum perire. Quare cum tuo danno hoc facis, & cum contumelia Dei? Bellum est talis anima, & viri impii. Sed expecto, quod non pejeret. Igitur, & absque juramento crede. Sed sunt multi, ajunt, qui adque juramento audent fraudem facere, qui cum juramento non iten faciunt. Decipit te ipsum. Homo furari qui didicerit, & hominem injuria afficere, vellet etiam juramentum calcare lapsus. Si autem reverentiam habet in jurando, multo magis in juramento faciendo. Juramentum temeraria, levibusque de causis, & nulla urgente necessitate indicit, vel emissit reprehendit, utpote quae perjurium occasione praebant. Homilia 19. „Audisti Christi sententiam dicentem, quod non pejerare tantum, verum & jurare quomodocunque dicitur, vellecum est, & tota Maligini machinatio? Audisti, quod ubique juramenta sequuntur perjurii? haec omnia contingunt, in scribere corde tuo. Et Homilia 60. Est jurandi peccatum, non solum cum de rebus trivialibus, sed etiam cum de majoribus celebratur. Nos autem, & cum vili comparamus, & cum de uno numero contendimus, & cum adversus servulum commoveretur, Deum ubique teitem invocamus. Et hominis quidem ingenium, & aliqua exigua dignitate muniti, in publico ad hujusmodi res non audent testimonium postulare, ne & injuriarum contra nos vindicta procedat. Deum autem Celorum Regem, Angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibuslibet sermonibus delectaris, advocas teitem? Idem Hom. 15. „Gemo, & lacrymis prolequitur, & horreo, cum video quempiam prope Messiam hanc venientem, & Evangelium Juramenti attactis. De peccatis dubitans, & animam occidens? Quid tantum lucratis, quantum tantum tuum, & proximum leditis? Si enim credis, quod verax sit homo, & proximum necessitate adducas. Si vero noliti, quod verax sit, utur, ne pejerare cogas. Jurandi necessitatem praetexti non patitur, cum juramentum exigitur ab his, qui exigendi auctoritatem non habent, & levibus de causis: sed superbia, & temeraria juramenta maxime infestatur Hom. 16. „Nec mihi dicas, Quod autem si quis jurandi necessitatem imponit? quid autem, si non credas? Maxime vero ubi Lex violanda, necessitatis meminit non oportet. Uae est enim inevitabilis necessitas Deum non offendere. Veritatem interim illud praetia, superflua recide juramenta, tenere, & sine necessitate domi cum amicis, cum servis prolata. Si haec futuleris, in illis mei nihil amplius indigebis: ipsum quoque ranti frequentatum timere, & fugere meditatum, neque si quis millicis coegerit, in illam amplius cadere consuetudinem admittet. Et infra: Sed sicut venenum quodpiam nunquam quitare quis eligeret, neque instante necessitate, sic neque juramenta admittere. „Fictitiam, & simulatam necessitatem intelligit, qualem praetexti hominum vulgus in quotidiano commercio, pro rebus levissimis, narratione, ut consilio, sed prava consuetudine jurantium.

Ex facto S. Basilidis Martyris nemo inferat juramentum per se malum esse, Christianisque prohibendum: Qui enim a contubernaliis suis sacramentum adigerat, nefas sibi esse affirmavit omnino jurare: Quippe Christianum se esse, quae palam profiteri se ut relier Eusebii lib. 6. Historia Ecclesiastica, c. 5.

Est enim in promptu Responso, Basilidum Militem Christianum nondum fuisse preceptis Evangelicis plene instructum: & quia Christiani solliciti a juramento abstinere, ne temere jurarent, ipse existimavit non licere Christianis jurandum. Ad haec, nulla jurandi necessitate premebatur, cum a contubernaliis duntaxat, non a Principe, aut Magistrate, indiceret illi jurandum. Denique verum est, quod rogatum fuisse, ut juraret per falsa Nomina, quod Christianum non licet. Exodi enim cap. 23. praecipit Dominus: Omnia, quae praecipit vobis, custodite, & per Nomen Deorum exterrorum non jurabitis.

Juramentum frequentatio mala.

De Juramento.

Juramentum levibus de causis indicit, vel emissit reprehendit.

De Juramento, & perjurio.

lib. 22.

De Juramento.

ARTICULUS III. Regula Morales de Juramentis, & Perjurio. REGULA I.

Perjurium omne lethale peccatum est.

Qui enim falsum jurat, innoceum Deo injuriam fecit, quippe qui aut illi iustitiam nocam inurit, dum ipsum alicuius rei veritatem latere arbitrat, aut certe improbitatis, & pravi affectus, qui mendacium testimonio confitenti contrarium, cuius est Deo reverentiam exhibere (inquit S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2.) Hinc Lev. 19. 12. qui in nomine Dei pejerat, pollucere dicitur nomine Dei. Non perjurabis in nomine meo, nec polluas nomen Dei tui: Ego Dominus. Proinde perjurium severissime Deus punit, ut constat ex Zacharia cap. 5. ubi scriptum est: Haec est maledictio, quae egreditur super faciem omnis terra, quia omnis fur iudicabitur, & omnis jurans ex hoc similitur iudicabitur. (Jurantis nomine pejerantem notat.) Elicam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo invocantis: & commorabitur in medio domus ejus, & consumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus. Hinc iustus S. Th. art. 3. ejusdem quaestionis: Quicquid, inquit, perjurat, ad contemptum Dei, est peccatum mortale a perjurium autem, est peccatum contemptum Dei, unde perjurium est peccatum mortale.

Hanc veritatem confirmat S. Aug. Serm. 180. alias 38. De Verbis Apostoli, c. 6. & 7. „Cum filios suos, vel caput suum, vel saltem suum quisque in juratione nominans, quicumque nominat, obligat Deo, quanto magis, quando pejerat per ipsum Deum? Timeat enim filium jurare per se, si non timet Deum? Et non timeat filium jurare per Deum suum? Fortassis hoc dicens in animo suo, Timeo per filium meum falsum jurare, ne mortuus Deo autem, qui non moritur est falsum per eum juratur, quid mali contingit? Bene quidem dicit, nihil mali contingit Deo, quando ad falsum jurat per Deum: sed contingit mali multum tibi, qui falsis proximo, cui teitem adhibes Deum. Si aliquid teste filio tuo faceres, & amico, vel proximo tuo, vel cullibet homini diceres, Non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste fecisti, & diceres, Per hujus filiatem, quia non feci, exclamaret forte filius tuus sub patris terna manu tremens, nec tamen pateram manum, sed divina tremens. Noli patiri, non tibi visis sit falsas mea, Deum super me invocati, ego te vidi, fecisti, & non pejerate; te quidem habeo genitorem, sed plus, & tuum, & meum timeo Creatorem. Sed qua Deus, quando per eum jurat, non tibi dicit, Ego te vidi, nolijurare, fecisti, fed times, ne te iste occidet, tu te ante occidit. Quia ergo non dicit, Ego te vidi, putas quia non vidit? Et ubi est, quod dicit: Tacui, tacui, nunquid semper tacui? Et tamen plerumque dicit, Ego te vidi: fed alter, quando vindicat in perjurium. Sed non in omnes vindicat: ideo homines adhaerent ad exemplam. Ego ideo, ille mihi falsum juravit, & vivit. Ille tibi falsum juravit, & vivit? Tu falleris, si tu oculos haberes, unde mortem hujus videres; si & tu in eo, quod est mori, & non mori, non falleris, videres hujus mortem. Et modo intendere Scripturam; & ibi inventes jacentem, quem putas viventem. Quia pedibus ambulat, quia manibus contractat, quia oculis videt, & audit auribus, officis ceteris membrorum suis utitur, & vivit putat, Vivit, sed corpus ejus: mortuus est autem anima ejus, mortuum est, quod melius ejus.

REGULA II.

Reus est perjurii non solum, qui jurat tantum verum, quod falsum esse novit; sed & qui temere, & inconsiderate jurat, quod verum esse putat, & tamen falsum est: & qui jurat, quod falsum esse putat, & forte verum est.

Hanc Regulam tradidit Concilium Trid. Catechismus, „Jurat, falso, inquit, non si solum, qui, quod falsum scit, verum esse jurando affirmat, fed ille etiam, qui jurando id affirmat, quod cum verum sit, tamen ipse falsum putat. Nam cum mendacium in re mendacium sit, quod contra mentem, & animi sententiam profertur, peripicuum est, hunc plane mentiri, & perjurium esse. Simili quoque ratione pejerat, qui id jurat, quod verum existimat, & tamen revera falsum est; nisi quantum potuit, curam, & diligentiam adhiberet, ut totam rem competentem, atque exploratam haberet.

Hanc doctrinam Catechismi Auctores ex S. Aug. haufertur Sermone mo laudato. „Homines, inquit, falsum jurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur: aut enim putat homo verum esse, quod falsum est, & temere jurat, aut scit, aut putat falsum esse, & tamen pro vero jurat, & nihilominus cum scelere jurat. Distant autem ista perjurii, quae duo commemoravi. Eae illam jurare, qui verum putat esse, pro quo jurat: verum putat esse, & ta-

men falsum est. Non ex animo iste pejerat, fallit, hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens jurationem interponit. Da autem, qui scit falsum esse, & dicit verum esse: & jurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit bellus, & de rebus humanis exterminanda? Quis etiam hoc fieri velit? Omnes homines talis detestantur. Fac alium, putat falsum esse, & jurat tanquam verum sit, & forte verum est. Verbi gratia, ut intelligas, pluit in illo loco? Interrogas hominem, & putat non pluisse, & ad negotium ipsius competit, ut dicat, Pluit: sed putat non pluisse: dicitur ei, vere pluit? Vere, & jurat: & tamen pluit ibi, fed ille nescit, & putat non pluisse: perjurus est. Interet, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi mens res. Quis est autem, qui non fallatur, etiam nolit fallere? Quis est homo, cui non faebat falsicia? Et tamen juratio ab ore De Juramento, & perjurio. Non dilectis, frequentatur, pluri sunt plerumque Juramento, & totum diem, quoties se vulneret, quoties se gladio linat? Quae fe feriat, & transigit, quis in illo locus invenitur? Quis ergo grave peccatum est pejerare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli jurare. „Retur ex parte hic S. Aug. locus Canone Romanus, Causa 22. q. 2. Non tamen ita est perjurus ille, qui falsum jurat, quod putat esse verum, sicut ille, qui verum jurat, quod putat esse falsum (inquit S. Th. 2. 2. q. 108. art. 1. in Responso ad tertiam objectionem.) Quae Responso consona est S. Aug. menti Sermone 308. alias 11. ex additis a Parthenibus, qui est in Decollatione S. Joannis Baptistae. Aliquando, inquit, & volens homo perjurare, cum verum putat esse, quod jurat. Non est quidem tantum peccatum, quantum ejus, qui scit falsum esse, & tamen jurat.

REGULA III.

Perjuri sunt, qui promissum juramento confirmant: cum proposito non implendi, quod promittunt, aut illud revera non implent, cum rei promissa possiblis, & licita est, nec melioris boni est impedimentum.

Qui enim jurat id, quod est in sua potestate, & quod bonum, atque licitum est, nec boni melioris impedimentum, pro viribus efficere tenetur, ut verum fit quod juravit; alioquin deest veritas juramento: & quidem propositum habet non implendi promissum, quod jurando confirmat, Deum teitem appellat falsitatis: si vero non implet, cum potest, & debet, si jurandum negligit, quo nullum vinculum ad stringendam fidem actus est, pariter reus est perjurii: quod enim ex animi tua sententia juraveris, sicut verbis concepit more nostro, id non facere perjurium est. Hinc S. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ait: Quicumque jurat aliquid se facturum, obligatur ad id faciendum, ad hoc, quod veritas implentur: si tamen alio modo conatus esset, scilicet iudicium, & iustitiam. Lex enim Dei est: Exod. 20. & Matt. 5. Non perjurabis: reddet autem Dominus juramenta tuis.

Hanc Regulam confirmat S. Raymondus, lib. 1. Summum Tit. De Juramento, & Perjurio, p. 92. col. 1. Quamvis necessitas in juramento promissorio excuset a perjurio: verbi gratia, juravit debitor se soluturum hunc die, impeditus non potest solvere. Re pondet: Si tunc quando juravit, crederet se non posse solvere, vel crederet, quod possit, fed factus, quia non habebat causam credendi, tunc in utroque casu pejerabat: quia in primo casu deest veritas in conscientia; in secundo iudicium. Si vero ab initio crederet se posse solvere, & probabiliter, non pejerat quantum ad hoc, sed postea si fecit suum in utroque casu, & non potuit solvere in termino, non est perjurus ex hac causa. Multo magis excusatur, si misti tempore debito, sed casu suo amissa in via pecunia, ut colligat ex cap. Quarela, Extr. De Juramento, ex Can. Si nulla, Causa 23. q. 8. & Can. Sicut, dist. 1. De Consecratione. Si tamen lapsus in termino non suffulit obligationem juramenti, ut colligitur ex cap. Cum dilecti, Extr. De Dolo, & contumacia.

Eandem confirmat Venerabilis Gotfronius in Expositione Praeceptorum Decalogi. Quantum ad Juramentum sic sumit, inquit, persona statim pejerat tunc, cum habet voluntatem firmam non implendi, vel quia non implet de facto.

REGULA IV.

Reus est perjurii, qui promittit aliquid, quod non est in eius potestate, nec probabiliter futurum esse, si promissum imprudens juramento confirmat.

Deest enim jurando consideratio, & iudicium, ut ait S. Th. art. 7. supra laudato. Si est, inquit, talis res, quae in eius potestate non fuit, deest juramento discretio: iudicium, nisi forte, quod erat, est possibile quando juravit, reddatur ei impossibile per aliquem eventum. Pata cum aliquis jurat se pecuniam soluturum, quae est postmodum vi, vel furto subtrahatur. Tunc enim videtur excusatus esse a faciendo, quod juravit, licet teneatur facere, quod in se est.

REGULA V.

Reus est perjurii, qui jurat aliquid per se malum, aut, quod melius boni impedimentum est; & si juramentum servet, cum res est per se mala, perjurium novo scelere cumulatur.

Hanc Regulam S. Augustini, & Canonum auctoritate factam tradit S. Th. 2. 2. q. 88. art. 7. Si vero, inquit, sit quidem possibile fieri, sed fieri non debet, vel quia est per se malum, vel quia est boni impedimentum, tunc juramentum deest iustitia. Et ideo juramentum non est servandum in occasione, quod est peccatum, vel boni impedimentum. Secundum enim S. Augustinum, utrumque horum vergit in deteriorationem exitum. Ait nempe S. Aug. Lib. De Dno Coniugali, c. 4. Cum ad peccatum admittendum additur fides, mirum si fides appellanda est: verumtamen qualiscunque sit, si contra ipsam sit, peius sit: nisi cum propterea deservitur, ut ad veram fidem, ac legitimam redeatur, id est, ut peccatum emendetur, voluntatis practica corripitur. Ver. gr. cum datam fidem adultero recindit adultera, ut ad fidem conjugalem redeat, quam Marito violavit. Refertur Canone si ad peccatum, Causa 22. q. 4. & Canone Mulier, ad hoc non debere fieri, ut in iustificatione suorum bonorum sit iniuste jurantibus expellatur, & accipiant aeterna damnatio. Perjurus namque percussit panem, & velut homicida in extremo examine a iusto iudice degradabitur, pro quem Sacrosanctum Evangelium ad iniuriam, & illicitum, quasi testimonium iuste, & humana petitionis adducitur. Hinc Regula Juris in Sexto: Non est obligatorum contra bonos mores praestitum juramentum.

Eandem Regulam explicat S. Th. quaestione, & articulo mox indicatis, in Responsione ad secundam Objectionem. Juramentum, inquit, potest vergere in deteriorem exitum simpliciter. Ut modo, quia ab ipso principio habet peccatum exitum; vel quia est secundum se malum, quod tamen aliquis jurat se perpetraturum adulterium. Sive quia est maioris boni impedimentum; puta, cum aliquis jurat se non intraturum Religiosem, vel, quod non sit Clericus, aut quod non accipiet Praetorium in casu, in quo expedit eum accipere, vel si quid aliud est huiusmodi. Illius namque generis juramenta a principio sunt illicita, cum aliquo tamen discrimine: Quia si quis jurat se facturum aliquod peccatum: & peccavit jurando, & peccati juramentum servando. Si quis autem jurat se non facturum aliquod melius bonum, quod tamen facere non tenetur: peccat quidem jurando, in quantum ponit obicem Spiritui Sancto, qui est boni propositi inspirator; non tamen peccat juramentum servando, sed multo melius facit, si non servet.

Alio modo vergit in deteriorem exitum propter aliquod, quod de novo emerit, quod iam impraesertitum, sicut patet in juramento Herodis, qui juravit Puella Salustiani se daturum, quod petisset. Hoc enim juramentum poterat esse a principio licitum, intellecta debita conditione; scilicet si peteret, quod daret licet. Unde S. Basilus, Ep. 2. ad Amphilochem, c. 29. scribit: In quoque jurare Principes, quod subiectis male facturi sint, magna medicina opus habet. Medela autem eorum est duplex: unaquidem, ut si deceantur non facile jurare. Altera autem, ne in malis iudiciis persistant. Quare, qui se alteri male facturum jurare anticipavit, quod ad jurandum nimium facilis fuerit, se penitere offendat: non autem pietatis praetextu suam improbitatem confirmet. Neque enim Herodis jurare profuit, qui, ne peccaret, Prophetam occidit. Semel enim iurandum est prohibitum: multo autem magis consentaneum est, id esse condemnatum quod propter malum juratum est.

Et S. Ambrosius Lib. I. De Officiis Ministrorum, Cap. 50. ait: Est etiam contra officium nunquam solvere praesumptum, sacramentum custodire: ut Herodes, qui juravit, quoniam quicquid petium esset, daret filia Herodiadis: & necem Joannis praestitit, ne praesumptum negaret. Et Lib. 3. c. 12. Purum iugiter, ac sincerum oportet esse officium, ut unusquisque simpliciter sermonem profert, vult sum in iustitia possidere, ne fratrem circumscriptioe verborum inducat, nihil promittat inobisum: ac si promiserit, tolerabilis est praesumptum non facere, quam facere, quod turpe sit. Sape plerique confingunt se ipsos iurandi sacramentis: & cum ipse cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplationem faciunt, quod suspenderant: sicut de Herode supra scriptum est, qui salutaris praemium tripiter promisit, crudeliter solvit. Turpe, quod Regnum per saltationem promittitur; et dandi, quod mors Prophetae perjurii iurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisse perjurium sacramentum? si tamen perjurium non dicit, quod obrium inter vina juraverat, quod vivitum inter salutarium choros praesertat: Interferat dico Propheta cadit, & hoc altissimum est fidei esse, quod amicitia fuit. Quod temerarium juramentum de te mala impleri non debeat, docet etiam S. Aug. Sermone 308. alius 11. ex additis a Parisienibus, qui secundus est in Decalatione S. Joannis Baptiste, cap. 2. In huiusmodi juramenta, immo potius perjuria, quibus

De Juramento, & perjurio.

aliquid mali juratur, vehementer invehitur Salvianus Lib. 4. De Gubernatione Dei. 2. Mali, inquit, non otiosus tantum, modo res, & aniles, sed etiam scelera quaedam se jurant per Christi nomen esse facturos. Hic enim loquendus usus, est talibus. Per Christum, quia tollit illud; Per Christum, quia cedo illum: Per Christum, quia occido illum: Ad hoc res recedit, ut cum per Christi nomen iuraverit, putent se scelera etiam religiose facturos. Quis unquam crederet usque in hanc contumeliam Deum progressurum esse humanam cupiditatis audaciam, ut idipsum, in quo Christi nomen injuriarum faciunt, dicant se ob Christi nomen esse facturos? O inestimabile facinus, & prodigiosum! Quid non ausu sunt improbare mentes? Arant se ad atrocitandum per Christi nomen, auctorem quodammodo sui sceleris Deum faciunt; & cum interdictor, ac vindex malorum omnium Christus sit, dicunt se scelus, quod agunt, agere pro Christo.

Eandem Regulam confirmat Conc. Toletanum 8. Can. 2. Si publicis, inquit, sacramentorum gestis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel non bona expresserit condicio alligata, qua aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacrosissima Virginitas, nunquid non tolerabilis esset stultitia promissionis rescire vota, quam per invidiam promissionum custodiam, exhorrendorum criminum implere mensuram.

Et Conc. Hierdense Canon 7. Qui sacramentum (inquit) se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redat, pro perjurio non auro a Communionem Corporis, & Sanguinis Domini segregatur, restum suam elemosinas, & scilicet, & quantum poterit jejuniis abstinet. Ad caritatem vero que operis multitudine peccatorum, ceteris venire se fecit. Concilium denique Trullanum, c. 11. Cum propter cavendum perjurium, necesse sit, si forte contigerit, ferre jusjurandum: illud tamen volumus omnibus esse notum, quoddam juramentum nullo modo a Christianis observandum; videlicet, quo malum aliquid incaute, vel etiam scienter, jurando promittitur, vel ut quisquam a dultere perpetuam cum ea permanenti fidem pollicetur; aut, si quis, ne ad pacem redeat, vel ut aliquod flagitium committat, se sacramentum contrahit. Tolerabilius est denique non implere sacramentum, quam in illo quod male sponditur, permanere, vel quod decessit perficere flagitium. Idque confirmat prologo Canone mox laudato Concilii Hierdensis.

Id rursus confirmat S. Th. q. 98. art. 1. in Responsione ad primum: Illis, qui jurat se facturum aliquid illicitum, jurando incurrit perjurium, propter defectum iustitiae: sed si non implent, quod juravit, in hoc per iuramentum incurrit, quia hoc non erat tale quid, quod sub juramento cadere possit. Et in Responsione ad secundum: Illis (inquit) qui jurat se non intraturum Religionem, vel daturum elemosinam, vel aliquid huiusmodi, jurando perjurium incurrit, propter defectum iudicii. Et ideo quando facit id, quod melius est, non est perjurium; sed perjurio contrarium: contrarium enim est, quod facit, sub juramentum cadere non poterat.

REGULA VI.

Perjurium, vel in re levi, & joco prolatum, levitale nihilominus peccatum est.

Ita docet S. Th. 2. 2. q. 10. mox indicatis, art. 3. in Responsione ad 2. objectionem, cujus haec sunt verba; Ille, qui joco perjurat, non evitat divinam irreverentiam, sed quantum ad aliquid magis austerius, & ideo non excusatur a peccato mortali.

Hinc inter alios perverfus Moralis errores hae Propositio 24. ab Innoc. XI. Pontifice Maximo merito damnata est. an. 1679. Peccare Deum in totem mendaciter levis, non est tanta irreverentia, propter quam velis, aut possit damnare hominem.

REGULA VII.

Qui ex lapsu lingua salum jurat, si considerato, & ex deliberatione jurat, peccatumque habet salutarium, quam jurat, levitale perjurii reus est. Si autem non advertat, nec iurandi intentionem habeat, veniale duntaxat peccati labem incurrit.

Hanc Regulam tradit ibidem S. Th., Ille autem (inquit) qui ex lapsu lingua salum jurat: si quidem advertat se jurare, & scilicet illam esse, quod jurat, non excusatur a peccato mortali, sicut nec a Dei contemptu; si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem jurandi & ideo a crimine perjurii excusatur. Est ergo gravius peccatum, si quis sollemniter jurat per Evangelium, quam si per Deum in communi sermone jurat, tum propter scandalum, tum propter maiorem liberationem. Quibus aequaliter hinc inde pensatis, gravius est si quis per Deum jurat perjure, quam si perjurat per Evangelium.

Nec alius est S. Raymundi sensus, cum a peccato mortali excusare videtur perjurium, quod fuit in juramentis quotidianis, ex lapsu linguae, ex quadam levitate, & mala consuetudine, atque etiam in juramentis jocosis. Intelligendus enim est de illis juramentis, quibus deest consideratio, & plene deli-

De Juramento, & perjurio.

Galat.

deliberatio, intentione jurandi. Non enim pravam consuetudinem excusare Sanderus Raymundus existimasset. Cum tanto gravius sint peccata, quanto dicitur infelicem animam deinceps obligatam, ut habetur in Collectione Decretalium ab ipso alonata, cap. Cum tanto, Tit. De Consuetudinibus. Nec perjurium ex joco venit dignam sentisse, cum Deum testem majestatis quocunque modo appellare, gravis sit divina insultati, & veritati injuriar, scriptumque sit: Nolite errare; Deus non tridetur. Haec porro sunt Sancti Raymundi verba. Circa Juramentum promissorium similiter sunt tres modi perjurii. Primus, cum jurat se facturum, vel dicturum aliquid illicitum, vel inhonestum. Secundus, cum jurat se facturum, vel dicturum aliquid illicitum; & hoc cum sollemnitate, sed absque necessitate, & indifferente. Tertium in juramentis quotidianis, quae sunt sine sollemnitate, & in cursu verborum ex quadam levitate, & consuetudine mala, de re tamen licita; ut, Per Deum cras ibo ad Ecclesiam, vel comedam carnes, vel jejunabo, vel aliquid simile; vel etiam cum sunt huiusmodi juramenta iocosa. In his tribus, statim cum jurat, peccat. 22. q. 4. Qui sacramentum. Primum juramentum est mortale, & nullo modo servandum 22. q. 4. In malis. Secundum similiter mortale, sed minus, & omnino servandum, ex quo servari potest sine interitu salutis aeternae 22. q. 4. Si aliquid. Tertium veniale, & si fieri potest, etiam ipsud servandum est.

REGULA VIII.

Quaecunque juramenta vergunt in peiorem exitum, servanda non sunt, nec reus est perjurii, qui illa violaverit.

De Juramento, & perjurio.

Ita docet S. Thomas, 2. 2. q. 89. art. 7. & nitiur haec Regula Canone In malis, causa 22. q. 4. ex S. Isidoro, in Synonymis. In malis promissis, inquit, refertur fides. Et Canonis est aliquid, ibidem, (ex Venerabili Beda) si aliquid forte incautus nos jurasse conegerit, quod observatum forem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutandum venerimus.

Quamvis autem superius, in expositione Regulae 5. S. Thoma vetit explicuimus, quibus modis juramentum in deteriorem exitum vergat, utile tamen erit id paullo uberius explicare ex S. Antonino P. 2. Tit. 10. c. 6. & ex Joanne de Erlsburg Commentariis in Summa S. Raymundi. Juramentum, inquit, vergit in peiorem exitum sex modis. Primum, cum juratur, quod est mortale in se. Secundo, cum juratur, quod est veniale in se. Tertio, cum juratur indifferens aliquid, quod ex circumstantiis efficitur veniale, vel mortale. Quarto, cum juramentum excludit opus ex caritate faciendum, ut quando jurat aliquid, quod nihil dabit nisi ex caritate, vel, quod non colet Deum. Quinto, cum excludit opus de genere bonorum, ut cum quis jurat, quod nunquam erit Episcopus, Monachus, vel Canonicus; vel, quod non celebrabit usque ad mensum, vel quod non jejunabit pro Deo, vel pro peccatis suis in pane, & aqua, si non praecipit dicit: vel quod non dicit Psalterium, vel septem Psalmos; vel quod non iuvabit illum in lectis, & honestis usque ad certum tempus. Sexto, cum excludit opus indifferens, per intentionem pro Deo, aut proximo faciendum: ut si quis jurat, quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum eius; vel non coquet ad furnum ejus vel mole ad molendinum, vel quod talia non faciet, et vel quod non vendet ei rem minoris pretii, quam tali vel non comedet ad eandem mensam cum eo, aut si fuerit aliquid huiusmodi indifferens. Credo, quod propter huiusmodi juramentum non debeat declinare a talibus, si ea velit facere, & propter tollendum scandalum proximo, contra quem sit juravit. In primis autem rebus modis, credo, quod possit quilibet se iurare auctoritate propria venire contra: sed impoenenda est penitentia de temeraria venire contra, sed impoenenda est huiusmodi juramenta non sint obligatoria, nec pro mortali: non expedit tamen propria auctoritate contravenire, nisi propter argenteam necessitatem, tum propter reverentiam iuramentis tum propter scandalum simplicium, qui putant se incurri perjurium. Unde petenda est Absolutio a Superiori, qui huiusmodi juramenta debet facile relaxare, et potius offendere se iurante, non fuisse obligatos, & imponere Penitentiam de temerario juramento.

Item Caesini Ill. qui interrogatus de illis qui iurandum inviti pro vita, & rebus servandis emiserunt, respondet, se nihil aliud arbitrari, quam quod Antecessores sui Romani Pontifices arbitrati fuisset noscuntur. Quia tales a juramentis necibus absolventur. Vinculo itaque iuramenti, per vim licet, ac metum extorti, obstricti erant, antequam Pontificia Auctoritate solverentur. Addit Pontifex: Ceterum, ut agatur consultus, & aservatur materia peccandi, non eis ita expresse dicatur, ut iuramenta non servent; sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi. Itaque perjurii fuit, qui a juramento per vim, ac metum extorto non absoluti illud non servant. Quamvis autem lethalis criminis labem incurrant huiusmodi iuramenti violatione in foro tantum exteriori non sunt puniendi ut perjurii. Ita enim statuit Ecclesia, tum in detestacionem facinoris illius, qui iniuriam intulit, tum ex illius commiseracione, qui passus iniuriam est.

REGULA IX.

Juramentum gravi metu exteriorum obligat: perjuriumque lethale reus est illius violator, nisi vinculo illius a Romano Pontifice, aut Episcopo solutus fuerit.

Nitiur haec Regula Summorum Pontificum Responsio, scilicet Alexandri Ill. cap. Debitoris. Ext. De Jurjurando, ubi eos, qui se ad solvendas usuras simpliciter promissionem obstruxerunt, ad cogendum solvi non debere decernit. Si vero de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt Domino reddere juramentum. Et cum usura soluta fuerint, crehiores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica severitate, si necesse fuerit, compellendi.

Et cap. Si vero, ibidem: Si vero aliquis quemquam gravissimum metu, sub Religione juramenti iunus ius resutare coegerit, ipsamque sibi retinuerit: quia Nos consulare volumus, duximus tibi respondendum, Quod non est iuramentum quod contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis aeternae: nec non alicui dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium, ne auctores perjurii videamur.

Item Caesini Ill. qui interrogatus de illis qui iurandum inviti pro vita, & rebus servandis emiserunt, respondet, se nihil aliud arbitrari, quam quod Antecessores sui Romani Pontifices arbitrati fuisset noscuntur. Quia tales a juramentis necibus absolventur. Vinculo itaque iuramenti, per vim licet, ac metum extorti, obstricti erant, antequam Pontificia Auctoritate solverentur. Addit Pontifex: Ceterum, ut agatur consultus, & aservatur materia peccandi, non eis ita expresse dicatur, ut iuramenta non servent; sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi. Itaque perjurii fuit, qui a juramento per vim, ac metum extorto non absoluti illud non servant. Quamvis autem lethalis criminis labem incurrant huiusmodi iuramenti violatione in foro tantum exteriori non sunt puniendi ut perjurii. Ita enim statuit Ecclesia, tum in detestacionem facinoris illius, qui iniuriam intulit, tum ex illius commiseracione, qui passus iniuriam est.

De Juramento, & perjurio.

De Juramento, & perjurio.

Cl.